

De Vita & Obitu Rogeri Aschami
DISERTISSIMI
VIRI ROGERI ASCHAMI
ANGLI, REGIÆ OLIM MAIESTA-
tià Latinis Epistolis, Familiarium Epistolarum
libri tres, magna orationis elegantia conscripti,
nunc postremò emendati & aucti.

QUIBUS ADIUNCTVS EST
*commendatitiarum, Petitoriarum, & aliarum huius ge-
neris similium Epistolarum, aliorum nomine, ad alios Princi-
pes & Magnates ab eodem R. Aschamo con-
scriptarum, liber vnus.*

ACCESSERVNT HAC POSTREMA
editione Ioannis Sturmij, Hieronymi Osorij, alio-
rumque Epistolæ, ad Rog. Aschamum aliòsque
Nobiles Anglos missæ.

ADDITA SVNT PAUCA QVAEDAM
Rogerii Aschami POEMATA.

OMNIA IN STUDIO SORVM GRA-
tiam collecta operâ & studio
E. G.

ADIECTA EST IN FINE EIVSDEM
E. G. Oratio, de VITA & OBITU Rogeri
Aschami, & eius dictionis elegantia.

880
LONDINI,
In officina Typographica Ar. Hat-
field pro Francisco Coldocko.

1590

DIALOGVS *ἑπιτάφιος* *IN OBITVM*
 Lectissimæ Mulieris Mariæ Cecillæ, vx-
 oris clarissimi viri Gulielmi Cecil-
 li, & Ioannis Checi sororis.

Interloquutores.

Vita, Mors, Maria Cecilla.

V I T A.

Quid sic iaces suspensa dubio pectore,
 Virum eligenda vita sit, vel mors tibi?

Hanc pelle curam, dirimam hanc litem breui.

Ego beata, cuncta mors miscet mala,

Ego lata, suavis, mors grauis, trux, horrida.

Ætas ne sic florens abibit? sic decus

Forma peribit splendida? quin respicis

Ad me potius, & disce quanta commoda

Ex me capeffes. Longa primùm tempora,

Et larga rerum te beabit copia,

Latusq; dulcis turma cinget liberum.

Vir qualis Amon fuerat Antigona sua,

Talis tibi est: fraterque doctorum chorum

Sic vincit, ut minora Luna sydera.

Viget parens veneranda, germana vigent.

Cum tanta me sequuntur ergo commoda,

Ne tu relinquas tanta, si sapis, bona.

M O R S.

Quæ pollicetur vita, non dabit tibi,

Quid umbra, puluis, bulla, quid fumus daret?

Incert.

ROGERI ASCHAMI

488

Incerta quæ sit, certa præstaret bona?
 Quæ vana sunt, caduca, fluxa, perfida,
 Vires, voluptas, forma, lucra, gloria,
 Vitâ hæc fluunt ac resluunt, instar maris,
 Quod ventus ater voluit imo gurgite.
 Fortuna, spes, fraus, cura, solliciti metus,
 Humana cuncta agunt feruntque tempora,
 His vita ducibus vsa, gressus labiles
 Semper ciet, semper vagatur lubrica.
 Quæ vita plures voluit annorum vices,
 Hoc grauius animos turbat hominum miseris,
 Seges malorum crescit indiès noua.
 Ergò sapiens Menander. Hic cura est Deo.
 Quem prima dulci lux sinu matris rapit.
 Fallacis igitur ac fugacis aurula
 Usura, natura parenti reddita,
 Nè tua fatiget amplius præcordia.
 En, certa mors quæ certa largior bona,
 Adsum tuis finem datura miseris:
 Grauium laborum meta, gratus ultime
 Portus quietis, ordo fatalis via,
 Quam pedibus æquis cuncta calcabit caro,
 Extremus omnis medicus ægritudinis,
 Vitæ fugacis finis, æternæ gradus,
 Clavis salutis, qua, recluso carcere
 Mortis perennis, Christus omnium salus,
 Iter salutis pandit omnibus pijs.
 Ergò bonis & incertis certa præferas,
 Vitæ cadentis fluxa linques commoda:
 Et me capeſſes læta, namq; ego breuè
 Vitam dabo, quam vita non dabit tibi.

Maria

P O E M A T A.

Maria Cecilla responder.

Utrunque sat dictum est: silcte, vivitur.
Satis placet mors, vita non placet mihi.
Nam vita non est vita, vita quæ fuit,
Sed bulla in aures lapsa flatiles levis.
Quæ vita dat, vires, opes, anni decus,
Fallacis æni mera sunt ludibria.
Mibi vita solus Christus est, hic omnia:
Hic vir, parens, frater, sorores, liberi.
Ut Christe sinu isthæc relinquam singula,
Sic vivere iuvat, grande sic lucrum mors,
Nec me fugacis cura vita detinet:
Vixi satis, quod, Christe, sat vixi tibi.

GVLIELMO BILLO SODALI
suo candidissimo.

O Bille belle *χαῖρε* mi bellissime.

O Cum Sol Capri niuosa linquit cornua,
Vdæq; vultum spargit vnda splendidum,
Circûmq; de integro retexens annuum,
Mos est vetustis deuolutus seculis,
Vel inter ipsos perpetuatus rusticos,
Mittendo mutua humanitatis symbola.
Ista reuocare charitatis fœdera.

Nos ergo Bille belle mi bellissime

Quos inter arcta vincla strin

pectora:

P O E M A T A.

Maria Cecilla responderet.

Virique sat dictum est: silcte, vivitur.

Satis placet mors, vita non placet mihi.

Nam vita non est vita, vita que fuit,

Sed bulla in aures lapsa flatiles lenis.

Que vita dat, vires, opes, anni decus,

Fallacis auri mera sunt ludibria.

Mihi vita solus Christus est, hic omnia:

Hic vir, parens, frater, sorores, liberi.

Ut Christe sinu isthac relinquam singula,

Sic vivere iuvat, grande sic lucrum mors,

Nec me fugacis cura vita detinet:

Vixi satis, quod, Christe, sat vixi tibi.

GVLIELMO BILLO SODALI

suo candidissimo.

O Bille belle ^{χαιρε} mi bellissime.

Cum Sol Capri nivosam linquit celsa,

Vd'q; vultum spargit vnda splendidum,

de integro retexens annuum,

seculis.